meum quod paginas imperasti. et si subtrahitur testimonio
quod numquam in amore uires interrogo. facessat ab ingeniis
liberalibus ut credas fascem esse intolerabilem quē amicus
inponit. tu tantum exacta complectere et censurā castigans
rancida iudicantū depone fastidia. absit a te eum n̄ fouere
qui parturit. In spem altioris meriti trahitur etiam si ueniat
mon&atri bi aliqui tibi inpositum oris mancipauit obsequū.
Ergo ualemi domine quiando fēri prolixa quae non sunt
ad perpendiculum fabricata conloquia. Tum essem gratiae
iuxta fiduciam meā tamquam uber solum restitue quia in
tuo posthac erit arbitrio si crebro epistolas meas accipere
uolueris his me muniis muttare finit. EPIGRAMMA in subscriptio
Quod tibi naturae dederit lex germuna mice.
hoc mihi fons tradat uiuificantis aquae.

ENNODIUS FAUSTO

Eger animus sicut silentia non patitur ita processum
narrationis abiurat. Contestationi maeroris nec taciturnitas nec conloquia prolixa conueniunt. Artatur pagina
cui uix inter gemitus uerba tribuuntur. sed quid ad sero
linguae ferias plus loquendo. et coactam necessariis
epistulam terminis garrulitate polliceor. deum quaeso
ut anxietati meae de manifesto prosperitatis uestrae
succurrat indicio. Ille admittat lacrimas meas cui causā
ora fabulantur. cui ad plenam legationem sufficit ex con
punctione defluens imber oculorū. Ego labefacta tam
non solum quietem meā sed et salutem inimicorum uali
tudine et rumorum procellis agnosco. potens sē diuinitas
inmense tempestatis incerta bono serenitatis amouere.
Uos si de deo mereor saluate et amanti in uobis conscientiā
non rauennates excubias tabellarū p̄mulgatione consulite
finit.

ENNODIUS BASSO

Si uetus diligentia quae a parentibus meis erga amplitudi
nem tuam fructus uberes de gratiae messe condebat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0204